

Q. K. 358, 17.

II h
1030

FRANCISCI ERNESTI BRUCKMANNI,
Mariævallisensis,

ACTUS VALEDICTORIUS,

Cui

JOHANNIS CLERICI X 2313035

Dissertatiuncula,

De

Magis seu Veneficis, qui sibi noctu ad
Magorum cœtum, colendi Dæmonis cau-
sa, proficisci videntur,

Recensita, est præmissa,

Quibus insimul valedictoriis

ORATIO PROPEMPTICA

&

Testimonia data sunt annexa.



Helmstadt,

Literis SALOM. SCHNORRII, 1716.

ACTUS
VALEBDICTORII

ORATIO PROPTERICA

ALPHONSO SCHNORR II. 1716



S



qu
du
me
ter
Et
ne
eo
ten

om
fic
tan
iffe
cre
fen
eff





*Summè Venerabiles atque Excellentissimi
Domini Inspectores,*

*Clarissimi atque honoratissimi Domini Praeceptores,
Amplissimi atque Doctissimi Domini Hospites,
Dilectissimi atque assumatissimi Commilitones.*

(1.)

St quidem indubitatum fuisse veneficos, qui homines & pecudes venenatis cibis interfecerint, aut in longinuos morbos conjecerint. Sunt enim & plurima in rerum naturâ venena, & animi malefici, qui ut vindictam de inimicis sumant, aut aliis adfectibus indulgeant, venenis abutantur. Hi autem sæpe facti sunt tormentis adacti non modò se ejusmodi maleficiis usos, sed prætereà Cacodæmoni cuiquam mancipatos; quem singulis noctibus inviserent, & sub Hirci formâ, cum plurimis aliis veneficis adorarent. Se circa Hircum in orbem saltasse, cum eo splendidissimè convivatos esse, narrarunt; & similia portenta, quæ à plurimis crassis voluminibus collecta sunt.

2. Veneficos multos talia esse in tormentis confessos, inter omnes convenit; verum quæritur an verè & vigilantes veneficorum & Dæmonum conciliis interfuerint, an in somnis tantùm sibi iis interesse visi fuerint? ipsi quidem verè adfuisse se, & corpore per aërem eò translatos fuisse pertinaciter credunt; & viros eruditos constanti affirmatione in suam sententiam pertraxerunt. Alii verò contendunt hæc omnia esse adfectæ imaginationis, in somnis, phantasmata.

A 2

3. Pri-

3. Priores adfirmationi veneficorum credendum esse censent, 1. quòd multi paria dicant, ut ex editis eorum confessionibus apparet: 2. quòd dubitari nequeat, quia ex animo loquantur, quoniam in perniciem suam Dæmonolatriæ mysteria aperire se sciunt, quippe qui flammis Dæmonolatrias damnari norunt: 3. quia, quòd narrant, non est impossibile, aut saltem ultra Dæmonum vires positum esse demonstrari nequit.

4. Alii reponunt, 1. hunc phantasiæ morbum ad plures propagari narrationibus Maleficorum, qui imaginofum patiuntur: 2. Veneficos somnia vividissima cum rebus verè actis confundere, cujus rei duæ rationes adferuntur. Prima ab experienciâ petitur, quâ constat, plurimos Veneficos arctissimo somno in lectis suis oppressos atque immotos conspectos esse per totam noctem, quâ se Dæmonolatrarum choreis interfuisse postea jactarunt. Altera est, somnia ab iis, quæ vigilantibus accidunt, aliter secerni non posse, ubi somnia viva sunt, quam quia nullum hæc habent cum iis, quæ vigilantes videmus, connexum, nec cum certissimâ vigilantium experienciâ consentiunt. Exempli causâ, non credimus Amstelodami, ubi somniavimus nos esse Constantinopoli, id verè contigisse; quoniam ante & post somnium, intra ejusdem noctis limites, Amstelodami in lecto jacere nos sensimus. At Veneficorum somnia ejusmodi sunt, ut debeant esse ab iis, quæ interdium accidunt, planè aliena, ut videantur vera. Noctè tantùm, aliis omnibus nesciis, ad concilia Dæmoniorum iri putant, & qui iis interfunt, id altissimo silentio interdium disimulare censent. Hinc fit, ut vix, ac ne vix quidem, etiam ab iis, qui eos in lecto jacentes totâ nocte viderunt, ad saniolem mentem revocari possint: 3. Ceterùm quod ad possibilitatem rerum attinet, licet negari forte semper nequeat; attamen res ipsas ideò verè contingere, ut notum est, non sequitur.

5 Si cui difficile videtur phantasiæ morbum ita propa-
ri, ut, qui cum hominibus cerebro laborantibus versantur,
eosque de suis visis loquentes audiunt, eodem morbo adfici-
antur; ei posterioris sententiæ patroni haud difficulter rei
ipsius descriptione satisfieri censent.

6 Fingamus, inquit, pastorem, in desertis montibus vi-
tam degentem, cum pauculis aliis sæpe noctis silentio per
vastas solitudines iter facere solum. Audivit sæpius Naturas
esse inconspicuas, in desertis vagantes, & tantæ potentiæ, ut
pæne, quidquid velint, efficiant, viresque humanæ iis collatæ
resistere nullo modo queant. Si ea cogitatio ei in tenebris
versanti incidat, quid mirum, si totus cohorreat, & nocte, so-
litudine, ac silentio, terrorem augmentibus, perturbetur, adeò,
ut vix sui compos sit? homini autem ita perturbato facilè ob-
versari videntur, quæ nusquam sunt. Audit strepitum fo-
liorum, obscurè videt rupem, aut arborem, aut nubem; jam
credit adventare Cacodæmona, quem percussa imaginatio
illicò figurâ quâdam vestit, mox audit verba quibus reponit,
& ubi domum venit, verissimè gesta putat, quæ imaginatio
perturbata animo ingessit. Si hisce accedat magna Christia-
næ religionis ignoratio, quæ inter miseros rusticos nimium
quàm frequens est, non difficulter adducitur, ut horrendæ
Cacodæmonis potentiæ succumbat, eamque colere incipiat.
Quod ubi semel factum est, facilè intelligitur, nihil esse tam
ablonum, quod ab ejusmodi homine & credi & fieri nequeat.

§. 6. Nocte, solitudine, &c.) Valerius Flaccus sic describit
nocturnum timorem, Argon. Lib. II. vers. 37. & seqq.

Auxerat hora metus jam se vertentis Olympi,
Ut faciem, raptosque simul montesque, locosque
Ex oculis, circumque graves videre tenebras,
Ipsa quies rerum, mundi que silentia terrent,
Astrâque & effusis stellatus crinibus æther,
Ac velut ignotâ captus regione viarum,
Noctivagum qui carpit iter, non aure quiescit,

*Non oculis, noctisque metus niger auget utrimque
Campus, & occurrens umbris majoribus arbor:
Haud aliter trepidare viri.*

7. Ubi Pastor paterfamilias eo in terrore versatur, fingamus eum familiæ suæ, uxore æquè ignarâ rerum omnium & sexu ipso timidiore, pauculisque liberis adolescentibus constanti, ad focum vesperi narrare, quæ se vidisse putat. Ex animo loquenti adsunt omnia candoris indicia, vultus pallens & perturbati oculi, pro tantæ rei pondere, verba apta, gestus hominis præterito terrore vehementissimè adfecti. Familia, quæ virum, quæ patrem seriò de re tam mirâ, deque potentiâ inconspicuâ, eoque magis tremendâ loquentem audit, nec ullo strepitu interpellatur, nisi fortè mugientis ventis, aut ululantium bubonum; familia, inquam, faciliè credit verissimum esse, quod narratur. Hoc ne in dubium possit revocari, faciunt exempla frequentia puerorum, non in solis montibus & inter paucos homines viventium, sed in ædibus frequentissimis, ejuscemodi fabulis adèò territorum, ut sine lucernâ nullo in ædium loco versari audeant, ubi nox obscurior est, & vix etiam soli ædes cum candelâ obire, multò minùs in lecto soli dormire sustineant.

§. 7. *Ubi nox obscurior est.*) *Legenda descriptio pavoris, apud Statium, Lib.VII. Thebaidos, ex quâ paucula verba profereamus.*

*Quæcumque libet bonus omnia credi.
Auctor, & horrificis lymphare incurfibus urbes.
Si geminos soles, ruituraque suadeat astra,
Aut nutare solum, aut veteres descendere silvas,
(Ab miseri!) vidisse putent.*

8. Absolutâ narratione, timidi omnes, cerebro perculso, cubitum eunt, & similia iis, quæ narrata fuerant, somniant. Quotidie eæ repetuntur narrationes, quæ altius memoriæ infiguntur, ut vividiora indies evadant somnia. Atque ut, qui semel territus est, nisi aliquid aliud ei animum addat, magis

magis ac magis, sine causâ, suâ ipsius terretur phantasiâ: ita qui semel ejusmodi imbutus est opinionibus, nec à doctiore ad meliorem mentem revocatur, magis indies insanit, & pertinaciùs præconceptis opinionibus adhæret.

9. Si autem contingat, ut quispiam, ex eâ familiâ, nocturnis terroribus percussâ, somniet, aut vigilans, præ cerebri imbecillitate, credat, se audivisse vocem, quæ certis ritibus, aut unguentis uti se juberet, si velit aliorum Veneficorum & Dæmoniorum interesse Conciliis; faciliè eum cupido incesset eorum rituum peragendorum, conficiendive unguenti; quo se inungens certò sciat nocturnis se adfuturum cœtibus, & à formidolosâ Dæmonis potentiâ, quidquid libebit, impetraturum. Ex olentibus herbis contusis & coctis faciet, exempli causâ, unguentum quo se inunget; dein adrepto baculo ei inequitare incipiet, invocato Cacodæmone; quibus peractis, mirumne cuiquam est, hominem perturbari, vertigine corripi, somno obrui, in somnis sibi videri per aërem baculo equitantem ferri, & versari cum aliis Veneficis & Dæmonibus?

10. Postquam autem ejusmodi ritibus usus est, faciliè sibi aliisque persuadet, hanc esse eundi ad nocturna illa concilia, certissimam viam. Itaque tota familia iis utitur, & quoniam ritus efficaciam majorem habent ad cerebrum percollandum, quàm sola narratio; quò magis iis utuntur, eò magis perturbantur, & ad insaniam tandem tantam deveniunt, ut non magis dubitent de nocturnis illis læsæ imaginationis phantasmatibus, quàm de iis, quæ interdum audiunt & vident. Hinc fit, ut nolint credere iis, qui eos dormientes in lecto viderunt, eo tempore, quo, se adesse Cacodæmoni in loco quopiam semoto, somniabant.

11. Quando autem contigit hosce Magos incidere in virum timidiorem & infirmioris cerebri, cui sua somnia narrent, eum adeò terrent; ut vix sui compos exeat, sæpe eosdem furoris paroxysmos, ac is, à quo ea audivit, patiat, & bona fide tandem nocturnis Majorum cœtibus se interesse credat.

12. Sic eæ opiniones, seu cerebri morbi, contagionis instar, latius serpunt, & plura infestant capita. Observatu tamen dignum est frequentiores esse eos morbos inter Montium & locorum solorum incolas, quam inter eos, qui in urbibus aut locis frequentioribus degunt; unde etiam terrorem vastarum solitudinum, cerebrum movere aptum, multum ad hanc insaniam conferre liquet. Addendum etiam hujus insaniam capaciores esse eos, qui atrâ bile abundant; contra ab ea alienissimos, qui sunt hilarioris indolis; quod suspicionem auget, hæc omnia visa nihil præter meticulosi & melancholiâ laborantis cerebri ludos esse.

13. Si mirum nimis videretur, tot homines à suo timore fiquè temperatione corporis ludos fieri, posset omnis admiratio tolli furoris majoris exemplis. Morbi plurimi ita cerebrum turbant, ut, qui iis laborant, sibi, quæ nusquam sunt, conspiciere videantur. Morbus ejusmodi cum vehementiore sanguinis motu conjunctus, si diutiùs duret, ægrum tandem absumit; si vero motus sanguinis resideat, morbus minuitur, atque æger ad saniozem mentem revertitur.

14. Si autem morbus non ita vehementer sanguinem adficiat, ut sine interitu ægri aut virium imminutione durare nequeat; per plures annos portenta menti obversantur, quod frequentissimis exemplis constat.

15. Neque sunt tantum, qui extra se ea esse putent, quæ nusquam sunt, sed & qui se ipsi esse pertinaciter contendunt lupos, aut feras, nescio quas. Vocatur is morbus à Græcis *λυκαὶ θρωπία*, proferunturque ejus à Medicorum filiis exempla. Videtur hoc, auc simili morbo laborasse Nabuchodonosor, Babyloniorum Rex, qui per septennium in sylvis fuit, in quibus instar bovis herbam pascebat, &

— falsis mugitibus agros
Implebat —.

Qui-

Qui
rum
io
mar
sem
cred
S.
Plu
Tais
tlw
egulu
on
miun
hum
est,
tem,
rum.
mem

E
καθ' ἑδ
εἴσαι
ἕρανό
νον ὡς
καθ' ἑστ
ἐφ' ἑδν
γυμνά
αὐτῆρ
ἡμᾶς
μέμνη
μόνος
λαυστ
σπεν

Quicumque hæc probè expenderit, non mirabitur, Magorum opiniones instar melancholici morbi haberi.

16. Attamen licet hæc sic se habere possint, nolim affirmare nunquam verè contigisse, quod Magi narrant; at quod semel verè accidit, millies delusæ mentis somnia fuisse facile crediderim.

§. 16. *Nolim affirmare*) *Hæc cautione utendum censebat Plutarchus, ut hæc ejus verba ostendunt, in vita Camilli p. 132.* Τοῖς τοῖς καὶ τὸ πιστεύειν σφόδρα καὶ τὸ λίαν ἀπιστεῖν ὀπισθοφαλές ἐστι. Διὰ τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν, ὅσων εἴη ἔχουσαν, εἰδὲ κερταῖσαν αὐτῆ, ἀλλ' ἔκθε-
ρημιλίῳ ἔτι μὲν εἰς δεισδαμονίαν καὶ τῆνον ὅτις ἢ εἰς ὀλιγοψύχων τῶν θεῶ-
ων καὶ ἀφιφρόνησιν. ἢ δ' εὐλάβεια καὶ τὸ μηδὲν ἄγαν ἄριστον: *Talibus ni-
mium credere, aut nimium diffidere, periculosum est, propter
humanam infirmitatem; quæ fines non habet, neque sui compos
est, sed fertur interdum quidem in superstitionem & vanita-
tem, interdum verò in neglectum & contemptum rerum divina-
rum. Metus verò, & nequid nimis, optima sunt. Sic ille, post
memorata, nescio quæ, miracula.*

Sequuntur Valedictoria.

Ad Ven. Dom. Abbatem.

Eχάτε ἔ δένα λόγος ἐν τῷ διδασκαλείῳ ἡμῶν, ΣΕΒΑΣΤΕ ΑΡΧΙΜΑΝΔΡΙ-
ΤΑ, λεχθέντων, ἀνῆκόν μοι εἶναι δοκεῖ, καὶ ἐπι πρὸς σὲ ἐκ ταύτης τῆ
καθέδρας, ἐξ ἧς μὲν πολλὰ καὶ φωνασοῦν) εὐνοϊκῶς ἠκρόημας, πρὶν ἢ μέλω
εἴσαι ἐχάτως ἐντυγχάνειν. Ὡσπερ ἢ ἔ κοινοβίς τε καὶ σχολῆς ταύτης ἀρχῶν
ἐρατόθεν δεδομῆν) μέχρι νῦν εὐκλεῶς γέγονας: ἔτως μὲν τῶ σταυτῶν εἰ μό-
νον ὡς Φιλόμοσον ἀλλὰ καὶ ὡς ἐράσμον πειτέρι φησὶ ἡμᾶς Φιλογραμμάτας
καθῆσθαι, ἐπεὶ ἄρα τῆ σωτηρίας ἡμετέρας κατ' ἐκείνῳ ἡμέραν Φιλοσφῆρας
ἐφ' ἐρήμιας, αἰτίας αἰχρασ εἰς τὸ δικεῖον μέρ) ἡμᾶς ἀπέλυσας, τῆτο τῆ
γυμνάσιον καὶνοῖς προσίοις Διευταγμῶν εἰπετεῖχισιας, πείσιω ἐνταξίας
αὐτηργός; καὶ τῶ) αὐτῶ Φυλάσων, μηδὲν εἰδέποτε διαλελειφῶς τῆ πρὸς
ἡμᾶς εὐπείθειαν καὶ ὑγιαίνειν. Πλὴν Διὰ τῆ τῶν εὐεργετημάτων τῶν κοινῶν
μῆμνημα, ἂν τηλικῶς ἔην ἀριθμός καὶ πληθ) αἰστέ ἀρήτητα εἶναι: μνεῖαν
μόνως ποιῶσ τῆ ἐλευθερότη) καὶ τῆ εὐεργεσίας, ἧς ἐγὼ ἰκανὸν χρόνον ἀπέ-
λαυσσα. Περὶ ταιούτης κατανοῶν, τῶσ ἢ αὐτῆ μοι ἐμπίπτε, οἷον ἐξευρέ-
σπειν εἰ δύναμα ἔσθ' ἔ δῆται, τῶ αὐτῶ ἐκγράφειν, ἢ Φιλαδελφία ἢ
B ἦν

ἦν ἄμαχον πάντοτε ὠμολόγησας, τὰ ὕψιστῳ σε ὡσεὶ ὁμοίον ποιεῖ. Τῆ ἡλίας
 εἰκόνα ἐν τοῖς περάσμοις σε φέρεις, τὴν σελήνην, τὰ ἄστρα καὶ τὴν γῆν
 λαμπρύνει. Οὐκ ἀπὸ ξέλλητι εἰς πλῆρει τῶ πνεύμα ἄγρῳ ἰσὺς σθεκε-
 μύρας βρέχοντι. Φλαγαθ εἰ, Δα εἶτε πρῆθμός μοι εὐποιεῖν. Ἔτε ἴσον
 ἴσω ὅτι φέρειν δυναλός εἶνι: ἀλλ' ἔτι εἶτο εἰς ἰκανός εἰμι Διαπρῶθην, εὐχα-
 ριστῶ σὶ μέζονα εὐεργετημύρι, ἵαπὲρ πάντων εὐεργετημάτων, αἰτημύρι
 ἵεν πωτῶρεθρα. Θεον ἱά ἀντὰ τετραπλή ἴ ἀπαλίνεν σὶ, διὰ τὸ τῶ
 πανηγῆ σε φυλάθειν τε καὶ ἵεν πλείστον χερίον εὐδαιμονεῖντα. Δασώζειν ἔρ-
 ῖασα καὶ ἀδ Δαλείπῳσ μοῖ εἶτω εὐνῆς.

Ad Ven. Dom. Priorem & Superintend.

Quanto Zenonem stud io pietateque quantâ
 Attica gens olim sincerâ mente colebat,
 Cùm, quoad hic Sapiens hospes hærebat Athenis,
 Illi ceu patri claves committeret urbis:
 Tanto egomet cultu tanto te semper amore
 Complexus, *Venerande Prior*, nunc prosequor ultra,
 Qui, bonus ut pastor, me mente manumque fideli
 Ad pia duxisti sacri viridaria verbi.
 Me tibi devinctum reputo, vallemque relinquens,
 Quæ me huc usque tenet, valedico Tibique Tuisque.
 Sol Tibi fortunæ radiet! Divesque bonorum,
 Apprecor, ut nitidis Numen Te pascat in hortis.
 Sit tutela Tui! Manibus Te protegat almis!
 Incolumis vivas! Nec non Tibi semper habeto
 Me commendatum. Quotiesque ad sidera palmas
 Tendes, Te quæso, mihi perge rogare salutem.

Ad Clariss. Dom. Rectorem.

Quoique je me fusse estimé bien plus heureux, *Monsieur*
 & tres honoré Recteur, de jouir encore quelque téms
 de l'avantage de vôtre aimable presence, & de profiter de
 votre admirable erudition, que de me voir obligé de vous
 dire a dieu en prennant tres humblement congé de votre
 chere personne; il faut poutant que je le fasse, pour suivre
 les ordres de mon cher pere, qui s' est resolu ge m' envoyer
 en tres peu de jours dans la tres celebre Université de Jene,

ou

ou je continuerai avec L' aide de dieu des études, que j' ai si heureusement commencées auprès de vous. Et comme il est de mon devoir de vous temoigner publiquement en ce jour les grandes obligations, que je vous aurai eternellement de tous le bienfaits & de toutes les, bontés particulieres, dont vous m' avez donné des marques autentiques en plusieurs occasions; je vous en rène aussi de tres humbles actions de graces, & princepalement de ce que vous m' avés porté si loin, que je puis sans peine ressentir les progrès, que j' ai faits dans les humanités par vôtre seul soin & par vôtre tres fidelle instrution; par où je pourrai parvenir beaucoup plus facilement à des études plus relevées & à des emplois considerables selon le noble dessein, que je m' en suis formé. Vous aures donc la bonté, *Monseur*, d' erre persuadé, que je me souviendrai toute ma vie, que tout le profit, que j' en tirerai à L' avenir, ne sera qu' une production de votre grand faveur & de l' adresse avec laquelle vous m' avez donné des lumieres dans mes études, m' obligant par là à vous être redevable de tout ce, que j' ai de capacité. Je vous prie cependant, *Mon tres honoré Recteur*, de vouloir à cette heure vous contenter de ma soumission & de ma bonne volonté, jusqu' à ce que je sois un jour si heureux, que de pouvoir en quelque façon vous en faire connoître ma reconnoissance par des services effectif, en ce que je ne saurois dans cette occasion être en etat de recompenser par mes paroles ni par mes promesses la fidelité, que vous avés toujours eue pour moi. Mais il faut pourtant, que ces larmes de tendresse (qui coulent de mes yeux, que j' essuye avec mes doigts, & lesquelles je laisse tomber sur cette chaire) s' y sechent au moins, ou y soient gravées, comme des temoins irroprochables de la verité, que j' avance, qu' aussi long tems que je vivrai, je ne pourrai me coirerai ni être entierement heureux, si je suis prive de l' occasion de faire voir, combien mon ame desire-roit de pouvoir commencer dès aujourd' hui à s' âquiter des

justes obligations, que je vous ai, & que le ciel même exige, que je remplisse à vôtre égard. Sur quoi je puis dire que la seule ressource, qui reste, est de faire des voeux tres ardens, que le tout pouissant reuille vous conserver avec toute vôtre, chere famille dans une tres parfaite santé & dans toutes les prosperités imaginables, pour le bien public, pour l'utilite & l'accroissement de cet illustre college, & en un mot, pour la consolation & l'avantage des tous ceux, qui apprennent les sciens sous votre direction & sous vôtre sage conduite: qu' il vous accorde aussi la patience necessaire dans les persecutions & les calomnies, afin que les autres ayent en vous un modele de patience & de douceur; & qu' ils apprennent de vous à n' avoir de la confiance qu' au secours de dieu seul. *Pourquoi est ce que quelques uns souffrent des choses cruelles & difficiles à supporter? dit Senèque, afin qu' ils apprennent aux autres à souffrir aussi. C' est à dire, ils sont nés pour servir d' exemple aux autres, dans le livre de la providence chapitre sixième.* Au reste je vi dans la douce esperence, que vous ne m' étimerés pas indigne de vôtre pretieuse bienveillance, & que vous aures la bonté de permettre, que je m' aquite d' une partie de mon devoir en vous écrivant de tems en tems, & en vous faisant connoître, que je serai toujours & avec toute sorte de respectes de soumission vôtre tres acquis & devoüé serviteur.

Ad Dom. Lectorem.

Vor mein Fuß gehorcht an einen Ort zu gehn /
 Wohin mir nach und nach nun fremde Musen winkens
 So bleib ich noch vorher auch bey *Hn. Jägern* siehn /
 Denn Er wird nimmermehr aus meinem Herze sincken.
 Die Pflicht / so gegen Ihn mich höchst verbindlich macht /
 Da Er Zeithero mir viel wehrtgeschätzte Zeichen
 Recht wohl gemeinter Günst im Lehren dargebracht /
 Heißt mich Ihn zum valet ein danckbar Herze reichen.
 So sag ich dann à dieu, und will mich Seiner Günst
Auch

Auch in Abwesenheit hiemit empfohlen haben:
 Inmittelst wünscht mein Geist aus wahrer Freundschafts-
 Brunst /

Der Himmel mög' Ihn stets mit süßen Früchten laben.
 Und solte sich auch gleich vor den beliebten Strahl
 Des angenehmen Glücks ein düster Wölkgen legen;
 So hoff ich wird bey Ihm alsdenn doch allemahl
 Socratische Gedult die Troublen überwägen.

Denn wo sich diese zeigt / da bleibt das Herze froh/
 Es mag der Unglücks-Sturm / so hoch er wolle steigen:
 Drum wehlt' ein weiser Mann den Spruch: Sustineo
 Adverla fortiter, durch solchen anzuzeigen:

Dasß Widerwärtigkeit niemahls so hefftig sey/
 Es könne die Gedult ihn doch dafür verwahren.
 Wenn nichts davon bewusst / der kan hier vielerley
 In diesem bitterm Thal davon mit Ernst erfahren.
 Und also ist mein Wunsch: Herz Jäger möge das /
 Was etwan niedrig scheint / ganz unbewegt ertragen /
 Alsdann bestrahlet ihn das Glück ohn Unterlaß/
 Und Er wird / eh' mans denckt / Lob / Ehr und Ruhm erjagen.

Ad Commilitones.

Hör aber die bisher den Höhen nachgeeilet /
 Die Pindus zeigete / die der Parnassus wies /
 Wo euch die Weißheit selbst wird reichlich mitgetheilet /
 Ihr sucht / und findet hier der Tugend güldnen Blies.
 Mich bindet eure Lieb / und wird mich ewig binden
 Das Band so Pythiam und den Damonem band;
 Wo theure Musen Schaar / wo kan ich Marmor finden /
 Worinn geähet sey ein solches Unterpand?
 Kan meine Schwachheit nun kein Ehrenmahl erbauen /
 So werdet ihr dennoch mein Herz in Feur und Blut
 Der heissen Liebes Treu hinkünfftig immer schauen /
 Dann leb ich nach der Pflicht / die sonst ein Schuldner thut;
 B 3 Ich

Zeh finde wahr zu seyn/ daß scheiden bringe leiden/
 Weil nichts als Traurigkeit bey mir sich stellet ein:
 Doch ein erhobter Feind mag seinen Begner meiden/
 Ein Freund kan auch entfernt bey seinen Freunde seyn.
 Indessen wachsen fort die Palmen wahrer Ehren/
 Der Himmel schencke euch Vergnügungs volle Zeit/
 Daß ihr so Kirche/ Hoff/ als Schule möget mehren/
 Lebzt wohl/ bleibt allerseits zu meinen Wohl bereit.

Ad vallem D. Mariae sacram.

Nun grosser Zebaoth/ erhalte lange Jahre
 Den Ort/ wo ich zu erst des Tages Licht gesehn/
 Sey du sein starcker Schutz/ ein Schutz der ihn bewahre/
 Laß ihn in Frieden/ Heyl und Seegen ewig stehn!

Oratio Propemptica seu dimissoria.

Die viele Liebe und Wohlgewogenheit/ womit mich derselbe allzeit be-
 theilet/ ist bey mir in so danckbaren Andencken/ daß ich selbte bey sei-
 ner Abreise nach der Universität Jena öffentlich rühmen/ und mit verbun-
 densten Danck erkennen/ niemahls aber derselben Angedächtniß aus mei-
 nem Gemühte entfallen lassen muß. Mein und des ganzen Lycei unab-
 lässiger Wunsch ist zwar gewesen/ eines solchen Primi, der durch seinen un-
 ermüdeten Fleiß/ durch seine ganz ungemeyne Lehrbegierde den Mitschülern
 ein Fürbild gewesen/ länger zu genießten; allein/ da es dem Höchsten in Him-
 mel und seinen geehrtesten Eltern gefallen hat/ selbten nach der Academie zu
 senden/ kan der Schulen Verlangen ohnmöglich erfüllen werden. Es stehet
 derselbe hier schon in Bereitschafft/ die Reise anzutreten/ und dem studio
 medico obzuliegen; Daher erfordert meine/ und aller Committonum
 Pflicht/ vor alle Liebe/ gute Freundschaft und conversation, gebührenden
 Danck abzustatten. Ich wünsche dabenebst aber auch von Herzen zu seiner
 vorhabenden Reise allen göttlichen Seegen/ und machet sich die ganze Schu-
 le die unfehlbare Hoffnung: Es werde uns ein so stattlicher Primus, den
 die Hn. Inspectores geliebet/ und die Præceptores so sehr estimiret haben/
 künfftig Gelegenheit zeigen/ demselben/ als einem artis medicinae peritissi-
 mo Præoni, mit widerholten Glückwünschen entgegen zu gehen; Indessen bit-
 ten sich alle Mitschüler durch meinen noch gar unberedten Mund diß einige
 aus/ daß sie derselbe sich zu guten Andencken wolle empfahlen seyn lassen.

JOH. CONRAD. MÜLLER, Mariae vallengis.
 LECTO.

LECTORI BENEVOLO

S. & O.

Quamvis nostris temporibus admodum difficile sit commendare juvenes studiosos, id tamen officium FRANCISCO ERNESTO BRÜCKMANNO, Mariævallensi, præstare nullus dubito. Vixit enim in nostrâ S. Mariæ valle per multos annos, atque ita vixit, ut benè collocari temporis rationem cuivis dare possit. Quapropter ego ex vero testor, eum in Lyceo nostro, sub ductu privatorum atque publicorum informatorum, litteris quæ ab humanitate nomen habent, aliisque, ad altiora viam sternentibus, improbam impendisse operam, & varia eruditionis ac industriæ specimina, sive scriptis sive orationibus solennibus, exhibuisse. Eam præterea egit vitam, quam scholæ nostræ statuta ab auditoribus exigunt, quamque omnes boni mecum probarunt. Dei cultor erat devotus, parentibus obediens, præceptorum monitis morem gerens, nemini commilitonum gravis, omnibus suavis. Ut ergo omnes literarum promotores hunc ad academias abeuntem sibi quoque commendatum habeant, eâ, qua par est, observantiâ rogatum volo

Dabam in Vallâ D. Mariæ
d. XXV. Apr. MDCCXXVI.

(L.S.)

JO. ANDR. SCHMIDT,

D. PP. Ordinis Theol. in Academia JULIA Senior & Abbas Mariævallensis. mppr.

Lectori Benevolo salutem & officia paratissima!

Opus non esse verbis, rerum ubi adsunt testimonia, pro-verbio & ex vero dicitur. Hoc ipsum me fermè movebat, ut non adeò facilem me initio præberem generis præstantiâ, indole egregiâ & singulari industriâ conspicuo juveni, Francisco Ernesto Brückmanno, Mariæ-Vallensi Brunsvigio, in exhibendo, quod summâ, quâ pulchrè ornatus, modestiâ petebat, morum vitæque testimonio. Cum etenim ab ipsis,
a qui-

a quibus ipsum penitus novimus, incunabilis nihil nisi quod deorum, probum & Christianum adspiraverit omnesque ingenui solertisque humanitatis studiosi hactenus in patrio Lyceo partes impleverit, seque præterea & virtutes suas omnibus, cum quibus unâ, probare satagat: Idcirco commendatione nostra illum literisque testificatoriis non indigere, haud vanè credebam. Nihil igitur, præferim cum eruditi seculi hodie Princeps Venerabilis monasterii nostri Abbas D. Johannes Andreas Schmidt in peculiari documento, cui & ego album calculum adjicio, juvenis hujus laudes exposuerit satis, nisi illud addo & auguror; Franciscum Ernestum Brückmannum suo tempore, Deus si firmam sanitatem concesserit, parentes sumtus sufficientes suffecerint & ipse porro industriam adsuetam adhibuerit, omnis denique, quod palmarium puto, sapientiæ fonti TIMORI DOMINI constanter adhæserit, non ultimum inter doctos esse nomen adepturum. Vale. Scribebam in monasterio Vallis Sanctæ Mariæ VI. Cal. Maji clō cl cc xvi.

(L.S.) SYLVESTER ERHARD. ephorix Lutteranæ superioris Superintendens, monasterii Vallis Mariæ Senior, ejusque Conventus Prior. mpp.


LECTORI BENEVOLO.

S. & O.

FRANCISCUM ERNESTUM BRÜCKMANNUM, Mariævallensem, ad almam Salanam, celeberrimum omnium scientiarum emporium, discessurum in Lyceo nostro monastico per aliquot annos accuratissimam studiis mitioribus dedisse operam, ac præstanti hinc literarum scientiâ conspicuum factum; commilitonibus velut in speculo positum diligentix virtutumque formam atque exemplar se præbuisse; me optimi ad instar filii amavisse, coluisse; superioribus modestiâ; quin imò omnibus bonis de meliori notâ se probasse, sincerâ mente manuque testari volui

(L.S.) JOHANN DAVID MÜLLER, Rector. In Valle D. Mariæ sacrâ non procul Helmsteto 1716, d. 26. April.





R.K. 358,17.

Ph
1030

FRANCISCI ERNESTI BRUCKMANNI,
Mariævallisensis,

ACTUS VALEDICTORIUS,

Cui

JOHANNIS CLERICI X 2313035

Dissertatiuncula,

De

Magis seu Veneficis, qui sibi noctu ad
Magorum cœtum, colendi Dæmonis cau-
sa, proficisci videntur,

Recensita, est præmissa,

Quibus infimul valedictoriis

ORATIO PROPEMPTICA

&

Testimonia data sunt annexa.



Helmstadt,

Literis SALOM. SCHNORRII, 1716.